tum adire non potuerit, vel Procurator ejus etiam fuerit mortuus *l. 40. §. 1. ff. d. t. & d. l. 40. de Minorib.* Atque hæc de modis amittendi ſufficiant; alia licet potuiſſent addi, ſi quis tamen & ſcopum noſtrum cogitet, & ſub manu creſcentem Diſſertationem, pauca hæc æqui bonique conſulet; majora exacturus ab eo, cujus frequentiori uſu ſubactum eſt ingenium & id propoſitum animi, toti Volumini conſcribendo ſeſe impendere.

CAP. V.

DE Effectibus Juris Furnorum.

SUMMARIA.

Effectus Juris furnorum dividuntur. n. 1.

Primus Effectus *eſt reciproca inter Dominum & ſubditos obligatio. n. 2. ſq.*

Dominus tenetur ad ea, ſine quibus furnus exerceri nequit. n. 4.

Ut ſunt ligna; *ubi quæritur: An in conſequentiam Juris furnorum quoq; veniat Jus lignandi? n. 5. ſqq.*

Dominus tenetur ad operas. *n. 9.*

An & quando eas Subditi pro domino præſtare cogantur? n. 10.

Dominus tenetur ad furni refectionem. *n. 11.*

An & quando ad refectionem furni Domini ſubditorum operas poſſint exigere? n. 12. ſq.

Dominus tenetur ad Inſtrumenta *furni. n. 14.*

Obligatio ſubditorum in quo conſiſtat? n. 15. ſqq.

Quando furnum habet Univerſitas, à ſingulis præſtandum eſt aliquod furnagium. n. 18.

In quo conſiſtat Merces pro Uſu furni præſtari ſolita? n. 19.

Secun-